



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Aduerbia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

quia fit nouem, nō a nonus, Oui. Et per qđ nouies sapius iſſet iter, decies, undecies, duodecies, decies ter, decies quater &c., ut denuſteranus &c. Decupluſquadrapluſ &c., melius qđ quattuordecupl^o &c. Vicies, tricies, quadragies, quinquagies, ſexagies, ſeptuagies, octogies, nonagies, ubi eſt ſyncopa, p uiginties, triginties &c., ſed ſyncopatis magis utimur, infra uiginti nulla eſt ſyncopa, nec ſupra centū. in hac ſpecie numeri, teſtibus Valla & Perot. ueluti cēties, ducēties, trecenties, quadringēties, quingēties, ſexcēties, ſeptingēties, octingenties, nongēties, milies, nō ut truiuales dicūt milleſies, cētēſies &c. Nec uigeſies, trigēſies &c. Sunt item aduerbia primū uel primo, ſecūdū ſecundo &c. Et nota differētia. ſecūdo cōſul eſt, ſi duo fuerint añ facti, ſecūdum cōſul qui duos cōſulatus meruit. Nō dicas una uice, ſed ſemel, nec prima uice, ſed primū uel primo, nec hac uice, ſed nunc, nec alia uice, ſed aſ, licet in ſacris legat, qa uicē uiciſſitudinē & mutationē dicimus, & alia qđā aſ dicta. q̄ies & toties meli^o ſine n ſcribūtur.

Numerorum ordo.

Vt maximus qſq; numerus habeat, ita primū ſibi locū uendicat ubi cōiūctio abeſt, ut uigintiunus &c. Colu. Nec uerſus plures qđ uigintiunus niſi infra uiginti, quia cōpoſitio uidetur, ut ſeptēdecim &c. Quod ſi copula intercedat, is numerus p̄ponit qui minor eſt, quoties infra centū & ſupra uiginti loquimur, ut unus & uiginti, duo & uiginti. Cice. Plato uno & octogēſimo anno ſcribēs eſt mortuus. Poſt centū minor poſtponit, & infra uiginti. Idem. Gorgias centum & ſeptē cōpleuit annos, ſic decē & ſeptē &c. ſed uiginti milia. qa adiectiuū & ſubſtantiuū. Nota diligēter unde, p uno dempto, duode, p duobus demptis, addimus principalibus numeris, ut undeuiginti. i. decē & nouē, duodeuiginti. i. decē & octo. ſic undetriginta &c. & in alijs ſpeciebus, ut undeuigēſimus, duodeuigēſimus centēſim^o &c. Gel. ponit duo & uigēſimo &c. ſed id loquēdi genus exoletū eſt.

Aduerbia.

Quinto aduerbia quædā regūt hunc caſum, ut ubicūq; locorū, ubi gentiū, ubi locorū, quouis gentiū, nuſq; ſcripturarū ait Augu. Vnde gētū, minime gētū, de his ante diximus. Tēporis atq; loci &c. Omnium dulciſſime canit philomela, ſic omnium optime &c. Plī. Linceſ clariffime omnium quadrupedū cernunt. Sed notādū eſt circa iā dicta. Adiectiuū partiuiū debet conuenire in genere cum genitiuo plurali, de qua re habete uerſiculos noſtros. Sepe pluraliter, ſepe ſingulariter loquimur p̄ceptores, tanq; nunc hunc, nunc omnes diſcipulos alloquamur.